sciat ut facere & quasi adrotulatã
materiam me exercent. Eadem in
die mane pulsabat ostium quip
pe statuis erat. Simulque ut osten
derem obtrectatoribus meis quod
& ego possem quidquid venisset
in buccam dicere; Unde & descrip
tis pauca praestrinxi. Nec ora
tionem meam ut hic & in libris fa
cere solitus sum illarum floribus
texui, sed extemporalis est dictio
& tanta ad lumen lucernulae fa
cilitate profusa ut notariorum ma
nus lingua praecurreret. & signa
ac furta verborum volubilitas ser
monis obrueret, quod idcirco dixi
ut qui non ignorat ingenio ignos
cat vel tempori, Item hiero

LXIIII AD MARCELLAM DE MU
NERIBUS

Ut absentiam corporum spiritu con
fabulatione solemur, faciat
unusquisque quod praevalet; Vos
dona transmittitis. Nos epis
tolas remittimus gratiarum; Ita
tamen ut quia velatarum virgi
num munus est. aliqua in ipsis
muneribus esse mysteria demon
stremus. Saccus orationis signum
atque ieiunii est. sellae ut foras pe
dem virgo non moveat; Cerei ut
accenso lumine sponsi exspecte
tur adventus; Calices mortifi
cationem carnis ostendunt & sem
per animum ad martyrium praepara
tum; Calix quippe domini inebrians
perquam optimus. Quod autem
& matronis offerimus Pariaparvis
animalibus ventilandi debere lu
xoriae quae cito cum istis in terram
re. mundo oleum vitae suavioris
exterminasti; Hic typus virginum.
Haec figura sit matronarum. Nos in
perversum licet munera vestra
convenit; Sedere aptum est
otiosis. In sacco iacere paenitentibus;
calices habere potantibus; licet & propter
nocturnos metus. & animus semper
malo conscientiae formidante, Cereos
quoque accendisse sit gratum;

PAMMACHIUS ET OCEANUS
LXV. HIERONIMO PRBO
SALUTEM.

SCS aliquis ex fratribus scedulas
ad nos cuiusdam detulit quae
origenis volumen quod peri archon
scribitur in latinum sermonem con
versum tenerent; & quoniam in his multa sunt
quae tenuitatem ingenii nostri permo
verent quaeque minus catholicae dicta
aestimamus, suspicamur etiam ad ex
cusationem auctoris multa de libris
eius esse subtracta quae apertam
impietatem eiusdem monstrare potu
issent; Quaesumus praestantiam tuam
ut & hoc specialiter Nostram nobis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0392